Chrismon

Ad presens scriptum notum sit omnibus tam presentibus quam futuris qd ego ALDEFONSUS DEI Gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore mea Alienor Regina et cum filiis meis Ferrando et Henrrico concedo et confirmo Concilio Toletano. sicut fecit pater meus Rex ALDEFONSUS bone memorie: qd omnes uille et aldee que sunt in termino Toleti siue sint mee: siue de apotega mea. siue dni Toletani archiepi. siue ecclie sce Marie: siue Salue terre: siue hospitalis. siue milicie templi. siue ordinis de Uceles. siue militis. siue cuiuscumque hominis: facendam faciant cum ciuitate Toleti. sicut faciunt ciues illius ciuitatis. Tamen excipimus ab hac generalitate Illescas que fuit propria hereditas Imperatoris: et Olmos. et Oceaniam et Montalban cum suo termino que nunquam hoc fecit. Uerumtamen de uillis dni archiepi et aldeis et ecclie sce Marie. mandamus ita. qd postam et facendam quam nos credimus illos debere facere cum ciuibus Toletanis. faciant eam non per manum eorum. set per manu hominis dni archiepi. qui colligat et det eam alcaldibus Toleti. Non enim uolumus qd alcaldes uel ciues Toletani habeant aliquam potestatem uel aliqua premiam super homines archiepi et ecclie sce Marie: et eciam extra pectam quam faciant cum ciuibus Toletanis: sint liberi et imunes ab omni pecta et facienda Regis. Et si ego uel filius meus aut aliquis de genere meo uoluit aliam pectam uel aliam faciendam habere de hominibus supradictis dni archiepi et ecclie sce Marie: non teneant aliquam pectam uel facendam nisi facere cum ciuibus Toletanis. Siquis uero hanc cartam infringere uel diminuere presumpserit. iram dei omnipotentis plenarie incurrat. et cum Iuda dni proditore suppliciis infernalibus subiaceat. et insuper Regie parti mille aureos in cauto persoluat. et dampnum qd super hoc intulit. duplicatum restituat. Facta carta apud Alarconem Era. M. CC. xx. Regem exp. iiii. die Febr. Et ego Rex A. regnans in Castella et in Toleto hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et confirmo. Martinus Toletane sedis archieps Hispaniarum primas conf. Ma[...]

Adericus Palentin. eps. conf.
Garsias Burgen. eps. conf.
Didacus Oxomen. eps. conf.
Rodericus Segontin. eps. conf.
Gondisaluus Secobien. eps. conf.
Petrus Abulen. eps. conf.
Iulianus Conchen. eps. conf.
Iohannes Calagurrit. eps. conf.



Aluarus Nunii conf.
Rodericus Didaci conf.
Gomicius Petri conf.
Rodericus Roderici conf.
Ferrandus Aluari conf.
Nunius Petri conf.
Guillelmus Gonsalui conf.
Garsias Roderici merinus Regis in Castella conf.

minicus dni Regis notarius Abbas Uallis oleti Didaco Garsie existente cancellario scribi fecit.